

IN. NOMINE. NUMINIS. ESTO.
DE.

30
30

PRIMORUM. ET. SECUNDORUM. NATURAE. DI- SCRIMINE.

IN.
PERANTIQVA. ERFURTENSI. ACADEMIA.
INDULTU.

FACULTATIS. PHILOSOPHICAE.
BENIVOLO.

PRO. LOCO.

IN. EADEM. RITE. OBTINENDO.
PRIDIE. NONARUM. AUGUSTI.

A. O. R. cl Is ec III.

H. L. Q. C.

DISPUTABIT.

M. JOANNES. HENRICUS.
GEBHARDI.

MOLHUSINUS.

POETA. LAUREATUS. CAESAREUS.

ERFORDIAE, AERE. GROSCHIANO,

U. Dr. Mayland
Amicis me o ne
Minimo
Witberge lita
incontinenti
felici studio induc
et.

VIRIS.

MAGNIFICIS. CONSULTISSIMIS. AMPLIS-
SIMIS. EXCELLENTISSIMIS. ET.
PRUDENTISSIMIS.

DOMINIS.

DNN. CONSULIBUS.
DN. SYNDICO.

LT. ET.

COETERIS. SENATUS. INTIMI. MEMBRIS.
GRAVISSIMIS.


LIB. ET. IMP. CIVITATIS. MOLHVSINAЕ.
RECTORIBVS.

PATRIBUS. PATRIAЕ. OPTIMIS.
PATRONIS. MEIS. MAXIMIS.
FAUTORIBUS QVE. SUMMIS.
DEVOTIONIS. MEAE. CENTRO.

HOC.

QVALE CUNQVE.

SUBJECTA. MENTE. ET. MANU.
CONSECRAT.
AUTOR.



S. I.

Multa, ut vocantur, *consecraria*, cum exprimis & secundis naturæ deducantur, quæ & non nisi ex illorum genuina doctrina intelligi possint; eorum svavitate, quam circa *consecrariorum* quorundam explicationem & decisionem in nos redundare faciunt, adductus, ansam deprimis & secundis naturæ, illorumque discrimine aperto arripiui disputandi.

§. 2. Quo autem accuratius res explanetur atq; intelligatur, terminus *natura* ante omnia ab ambiguitate, qua pollet, liberandus erit; Siquidem in aprico est, quod il omnium rerum creator, qui est Deus, per naturæ vocabulū intelligatur, uti vel ex sententia illorum, qui ex profano quodam fastidioplanam & receptam Dei appellationem defugient, substituentes vocem naturæ, sive sua sponte affirmant, sive per bonam consequentiam, si efficaciam illam & vim agendi, quæ in rebus perspicitur, doceant. Qua de re Puf. de Offic. Hom. & civ. differit. Hæc acceptio, quæ passim apud scriptores ethnicos occurrit, alio, barbaro quamvis, insignitur nomine *natura* *naturantis*.

§. 3. 2) Ad creaturas respectu, ipsiis quæ tribuitur significatio, appellatur *natura* *naturata*, multiplicemq; admittit significatum; Inclinationem & indolem cicero offic. Lib. 1. p. m. 55. Propertius l. 2. El. 8. v. 20. Horat. 1. Ep. 10. v. 14. Principium & causam motus ac quietis, ejus rei, in qua primum & per se & non ex accidenti Aristoteles l. 2.

Phys. c. i. t. 3. Animam ipsam, ex data nimirum definitio-
tione Philosophi quidam, approbante Zeisoldo in Lib.
de Anima Sect. I. §. 63. Essentiam ipsam sive rationem for-
malem & substantiam ipsam compositi. Magn. Dn. D.
Hebenstreit Philos. Prim. p. 204. B. Slevogtius disp. A-
cadem Disp. XII. p. 241. B. Lyser. Syst. Theol. p. 832. denotare
existimant. Ad quemcunq; igitur significatum, si de natu-
ræ primis & secundis agendum, eodem plane respectu at-
que modo referas, idem esse, non putaveris; Quamvis
unum quemque horum sensum hæc demum sequantur.

§. 4. Prima naturæ verò, de quibus primò agimus &
quæ ab autoribus alijs atq; alijs declamantur nominibus:
Principia naturalia, principia naturæ, initia naturalia, ini-
itia, prima conciliations naturæ, prima animorum
vis &c. Græcē τὰ πρῶτα καὶ Φύσις, ἡγεμονία &c. Illud esse, quod
simul atq; natum est animal, ipsum sibi conciliatur & com-
mendatur ad se conservandū atq; statum suū & ad ea, quæ
conservantia sunt ejus status, diligenda, alienatur autem ab
interitu, ijsq; rebus, quæ interitū videntur adferre, docent
philosophi. vel quod brevius: sunt appetitio & instinctus,
quo animal à nativitate ex amore sui conservationem sui
intendit.

§. 5. Quemadmodum autem ratione varia quis sui
conservationem intendere potest; ita & hic instinctus,
quo animal illud ipsum intendere dicitur, admodum va-
rius: 1) per quem animal quodvis, simul atque natum est,
se ipsum suumq; statum quam maxime amat. 2) per quem
amat ea, quæ sunt conservantia illius status. 3) per quem
animal aversatur suū interitum. 4) per quem aversatur ea,
quæ interitum suum videntur afferre. 5) per quem se ipsum
suumq; statum conservare amat. 6) per quē acquirere ni-
titur ea, quæ bona sunt, istiusque status sunt conservantia.
7) per quem repellere nititur ea, quæ videntur interitum
afferre, ac statui, in quo ipsum natum est, nocere. §. 6.

§. 6. Antequam ulterius progrediamur, annotamus,
quod prima naturæ ratione subjecti, in quo existere solent,
sunt duplia: vel enim cadunt in homines, vel in bruta.
Quod mirifica elegantia & eruditione, Judice Petro Crini-
to Comment. de honesta disciplina Lib. XIII, fo. XLIX.
Bardeſanes Syrius, literis demandavit: Homo, inquit, na-
scitur, alitur, crescit, comedit, bibit, dormit, senescit, mori-
tur. Leo carnes comedet, ac si quis injuriam inferat, strenue
pro salute pugnat; Oves autem foenum esitant, carnes neu-
tiquam attingunt, neque se ab injuria defendunt: Scor-
pius terræ glebis depascitur & aculeo virulento nec injurian-
tes invadit: Formica duce natura futuram hyemem provi-
det, ob idque summo labore ipsa æstate alimenta sibi ad vi-
tam recondit. Apes ipsæ mel conficiunt, eodemque nu-
triantur. Plura eademque magis miranda, addit laudatus
autor, possem narrare, sed hæc satis arbitror, ex quibus in-
telligamus, bruta ipsa & rationis expertia ferri natura & se-
cundum eam vivere jucunde.

§. 7. Ex his, vel me non dicente, satis perspectum ha-
bebis, non tantum hominibus, non tantum brutis; sed tam
hominibus, quam brutis maxime competere. In quam rem,
præter ceteros, Laudatus Autor l.c. more suo, id est, erudi-
te differit, affirmans: Hæc omnia, scilicet prima naturæ, ho-
mini cum ceteris animalibus æqua ratione esse commu-
nia. Nequaquam proinde hæc sumenda, ac si brutis prima
naturæ, quatenus prima naturæ formaliter & in sensu redu-
plicativo, qua ratione tantum hominibus tributa velimus,
adscribenda essent; sed, si brutis inesse philosophi statuunt,
sensu diviso & materialiter in esse, firma sententia est. Absen-
te enim respectu, quo appellantur prima, non potest non
etiam abesse ipsa appellatio; jam ratione, qua ponit respe-
ctum, bruta destituuntur penitus.

§. 8. De naturæ secundis ut pauca adhuc addatmus, restat.

Hæc cur ita appellantur , vel tractationis ratio demonstraret ; nisi ex antecedenti §. quod ratione illius , quod hæc sequitur , ita denominata , innotuerit , ac ex varijs titulis , quibus insigniuntur , clarum evaderet sequentibus : Ipsam rationem vel convenientiam Cicero , notionem convenientia rerum cum ipsa ratione Grotius , consequentia alij , appellare conservaverunt naturæ secunda , quæ à recentioribus verbis describuntur clarioribus : quod sint dictamen rationis , per quod prima ad qualitatē moralē justi injustice determinantur , inq; eum formantur habitum , ut hominis esse videantur .

§. 9. Ne tandem id , quod titulus hujus dissertationis promisit , negligere videar , quomodo deniq; Prima naturæ & secunda naturæ à se differant , dicendum judico . I. differunt ratione temporis . Prima enim in homine prius quam naturæ secunda existunt ; non obstante , quod nullus hominum hanc lucem sine ratione & ejusdem possessione adspicere possit . Cum usus rationis autem primo statim nativitatis momento nunquam in homine nudo sese exerat , ubi tamen statim auctor sui ipsius viger , nutrimenta appetendo .

§. 10. II. Causæ efficientis ratione . Aliam profectio atq; aliam agnoscunt causam prima naturæ , aliam atq; aliam secunda naturæ . Primorum naturæ causam appellabis efficientem appetitum sensitivum & ipsum sensum ; secundorum autem naturæ designabis intellectum , præunte Cicerone : Duplex , inquit , est vis animorum atque naturæ . Una in appetitu positæ est , quæ est ipsa Græcè , quæ hominem huc & illuc rapit : altera in ratione quæ docet , & explanat , quid faciendum fugientemq; sit . Offic . Lib . I . p . m . 46 . & Lib . III . de finibus : Ita esse id , sic probant , quod antequam voluntas aut dolor attigerit , salutaria appetant , aspernenturq; contraria . Fieri autem non posset , ut appeterent aliquid , nisi sensum haberent sui , eoq; se & sua diligenter . Ex quo intelligi debet , principium esse ductum a se intelligendi sui .

§. II.

§. II. III. Ratione finis. Brutum &c; ac homo, ante quam usum habeat rationis nihil aliud intendit quam rationem vitam suam prolongandi, ab omni, interitum quod videtur afferre, custodiendi & hanc ut adipiscantur omnes eo revocat vires, non ulterius prospiciendo; an justa an injusta salutari possit; Homo autem, quatenus juxta secundorum natura dictamen prima natura & rationem vitam conservandi & defendendi dijudicat, praeter conservationem sui & amorem observat honestatis integratem, id quod Barsedanes Syrius probe annotavit; Hominibus non simplex rerum cupidus; sed hominum singulitatem sibi prout vota deligunt, neq; vicinos, nisi quantum libuit, imitantur. I. c.

§. 12. IV. Ratione dignitatis, quam cernimus ex fine) Cujus enim finis est dignus, id ipsum dignus esse celeretur, jam vero quilibet, quod primorum finis non sit & quiparandus fini secundorum natura, facile intelligit atq; concedit. Et quemadmodum brutis id eo antecellit homo, cum ratione sit praeditus; ita ex hoc ipso fundamento secunda natura primis sunt anteponenda. Rationi enim recta nil nisi rectitudinis regula instar normae subjicitur. Hinc appetitus isti, qui longius evagantur & tanquam exultantes sive cupiendo, sive fugiendo non satis ratione tenentur, sine dubio finem & modum transeunt d. I. cicer. 2] Ex objecto, circa quod versantur. Ibi aliquando prima natura versantur circa illud, quod rectitudinis regula maxime est contrarium, secernere ab honesto utile & constituere hoc sibi esse acquirendum, non attendendo, an sit justum, an injustum, an honestum, an dishonestum? Secunda vero natura nunquam merentur questum acerbum Ciceronis, quod in verbo *utilia* lapsa confuetudo deflexerit devia sensimque eo deducta sit, ut ab honesto utile secernat & constituat aliquid honestum, quod utile non esset & utile, quod non honestum. Quicquid igitur natura secunda peragunt non tantum est utile, sed honestum, sed justum. 3) Ex perfectione, quae primis demum natura ex secundis additur. Prima demum ex accessione se-

cua.

cundorum perficiuntur, i.e., ut Cicero, rationem praefesse, appetitum vero obtemperare, dicat & efficiendum, ut appetitus rationi obedient, eamque neque praecurrant, svadet & illum demum, qui hanc viam, quam nimur secunda naturæ nobis demonstrant & in convenientia & conservatione naturæ consistit, ducem sequitur, nunquam aberaturum, affirmet I. c. Perfici igitur prima naturæ à secundis naturæ nullum amplius supereft dubium. Cur autem non majori secunda quam prima polleant dignitate, cum omne illud, quicquid se habet ut perficiens & perficibile differat ut nobilis & ignobilis?

S. 13. Quamvis ergo quæstio de precatione mortis hominis Christiani ex his thesibus nec possit nec debeat decidi, ut res fori Theologici; Attamen ad quæstionem: an homo, prout sub philosophia considerationem cadit, mortem sibi ipse precari possit, siue non? facile ex his respondere possumus vel affirmando, quod aliquando fieri possit, si secunda naturæ sequatur vel negando, si homo prima naturæ tantum sequatur.

S. 14. Multa alia adhuc adjici potuissent, nisi alia ratio prohibuisset. Nimirum: Non omne illud, quod primis naturæ est contrarium est contrarium secundis. e.g. mortem inire, quo salus reipub. floreat: nec omne, quod primis conveniens est conveniens secundis e.g. fugere mortem: Nec omne, quod contrarium est secundis, statim contrarium primis. e.g. bonum jucundum sub bono in honesto & turpi: Nec omne, quod conveniens secundis est conveniens primis. g. ut bonum honestum sub bono tristi. De cœtero quæri: an bellum sit primis naturæ conveniens, annon? an Prima naturæ sint principium cognoscendi Philosophia moralis, an non? Remittimus autem hæcce ad ea tempora, quæ permissura. Jam

GLORIA SUMMO!

5i 2149

ULB Halle
002 410 087


3



56.

V218

VOMA



B.I.G.

Farbkarte #13



IN. NOMINE. NUMINIS. ESTO.

D.E.

PRIMORUM. ET. SECUNDORUM. NATURAE. DI- SCRIMINE.

I.N.

PERANTIQUA. ERFURTENSI. ACADEMIA.
INDULTU.

FACULTATIS. PHILOSOPHICAE.
BENIVOLO.

PRO. LOCO.

IN. EADEM. RITE. OBTINENDO.

PRIDIE. NONARUM. AUGUSTI.

A.O. R. cl. I. ec III.

H. L. Q. C.

DISPUTABIT.

M. JOANNES. HENRICUS.
GEBHARDI.

MOLHUSINUS.

POETA. LAUREATUS. CAESAREUS.

ERFORDIAE, AERE, GROSCHIANO,

*C. Dn. Maylani
Amico me omen
Minimo
Witzeberge lute
incidenti
felici studio induc
misi.*